et similia multa per fraudes et dolos extorsit. Sic igitur praesen=
tibus rebus ablatis planè modo ita ut nihil bonum Lyncei animadver=
terent, placida et stincabant omnia in maximo rerum discrimine
Accessit iterum Tardigradus reliquis Lynceis et alijs ut decuit
amicissime acceptus, Qui retulit publicam platearum in urbe famam
esse Lynceos omnes Necromantiae operam dare, et praesertim
de se ipso dictitatum fuisse quod ea nocte qua Caelivagus ab Urbe
Aquasportam recesserat diabolica arte pluvias ac nubes provo=
casset ne Dux currù insequi eum potuisset, Tum laborabant aulici
contra Lynceorum unionem fervidissime sic verba disseminabant
apud omnes ut primo omnium infame nomen caetus noster haberet
Sed quorsum tanta contra Caelivagum in dementia ut et e proprio
sanguine hanc ipso maculam satagerent. Incepere igitur denuo etiam
palam reperi Lyncei et malum primi dederunt ad ordini Spartici Sy=
baritae, Quapropter creberrima cogere concilia ut rebus suis unusquis=
que providerent, Lyceum etiam quod mulierum in illud irruptio=
ne devastatum erat ut restauraretur curarunt, Et noviter lectio=
num recitatio auspicata, Arabica lectio iterum inchoata nec studijs
inter tot mala quicquam detractum, Composuit Illuminatus libros
de neglecta Syderali Scientia, Caelivagus de plantis libellulo prodire
dedit, Tardigradus logicae compendium conscripsit Eclipsatus ar=
canorum naturalium librum compilavit, et unusquisque publi=
co et privato studio defatigabatur, Non ultra multos dies [illegible]
haec permansit pax et societas. Contigit enim Tardigrado ingens de=
repente infortunium ob quod ab urbe discedere coactus fuit. Contu=
lit se derepente ad Lynceorum aedem, inde quamprimum sequenti die
comitante Illuminato et Eclipsato cum venia Caelivagi ab urbe recessit
postea Civitatis per tria vel quatuor miliaria in urbem reversere,
Tunc nova machinati fuere mala et persuasere matri Caeliva=
gi Tardigradum eam ob causam ab urbe recessisse quia expecta=
bat remotiori in loco principis adventum et tunc ipsum eo accursurum
et cum ipso in Flandriam recessurum, non alio dolo hoc factitabant
nisi odium etiam matris et aliorum fratrum sororumque Caelivagi in Lynce=
itatem traherent. Res ex sententia successit nam novercale odium
contraxere cum ijs Lyncei omnes, ut publicae etiam hinc inde infer=
rentur omnibus minae. Convocavit demum Dux consanguineus fratris
Caelivagi Illuminatum et ut à Caelivagi servitute discederet imperavit ni inter=
fici vellet. Unica morte respondit Illuminatus his malis finem imponerem
adsit ergo ut placuerit Deo ea potior vita Principi meo interim servire ego haud desistam